



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Abortus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

2 Monialis illegitima etiam sine dispensatione potest esse Abbatissa, & quamvis requireretur dispensatio, posset ea concedi ab ipsarum Prælati. Portel & Rodriq. *ibid. resol. 101.*

3 Abbatissa nihil potest præcipere sub excomm. quia caret iurisdictione spiritali. D. Thom. & alij 4. Imò nec in virtute obedientiæ, sed tantum instar matris-familias circa ea quæ ad domesticam gubernationem spectant. Sanch. & alij 7. contrarium tamen est probabile. Salas & alij 5. p. 5. tr. 9. res. 16.

Abortus.

1 **N**ON licet femina prægnanti, etiam ante fœtus animationem, procurare abortum, ad vitandum periculum vite, vel grauis infamiæ. Sanch. & alij 10. Quando tamen nulum aliud remedium suppeteret, id licere, vel etiam impedire conceptionem fœtus, docet Torrebl. & alij 4. Saltem si post fœtus animationem mater periculose ægrotaret, nec vllum aliud esset remedium, posset ei præberi medicamentum, directe tendens ad curationem, licet indirecte, & per accidens sequatur mors fœtus; quia mater habet
ius

Absolutio.

5

ius ad tuendam vitam per eiusmodi medicamenta. Si verò conclamata sit salus matris, & fœtus, possunt applicari remedia ad salutem matris, licet cū interitu fœtus. *p. 3. tra. 5. ref. 11. & p. 6. tr. 8. ref. 37.*

2 Mulieres statim mingentes post copulam, ad impediendam conceptionem, secundum quosdam peccant contra ordinem naturæ, & generationis. Alij hoc frustra fieri volunt. Ego puto eas contra conscientiam erroneam peccare, si crederent ita mingendo peccare. *p. 3. tr. 5. ref. 15.*

Absolutio.

1 **Q**uando pœnitens vnum tantum peccatum confitetur, quod Cōfessarius probabiliter credit non esse reseruaturn, valet absolutio: nam probabilis DD. opinio facit, vt Ecclesia det Confessario iurisdictionem. Less. & alij *p. 2. tr. 15. ref. 29.*

2 Si forma absolutionis varietur ita vt proferatur indicatiuo modo, videlicet *volo absoluaris*, non esse nisi veniale, eò quòd non fit mutatio grauis, docet Hurtad. *p. 5. tr. 13. ref. 34.*

3 Potest Confessarius propter consue-

A 3

tu-